

secretarii, audito etiam voto commissionis Liturgicae, rescribendum censuit *affirmative* juxta decreta n. 4025 diei 5 Junii 1899 ad V et n. 4043 diei 27 Junii 1899 ad I et ad VIII atque ita rescripsit.

Die 14 Martii 1903.

L. † S.

S. Card. GRETONI, *prae*f.

D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

---

*In associandis cadaveribus, societates catholicae in habitu laicali cum vexillis benedictis sequi debent feretrum.*

Hodiernus Praepositus Clero Jesu et Mariae civitatis et Dioecesis Stabian, seu Castri Maris, de consensu sui Rmi Episcopi, a Sacrorum Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humillime expetivit; nimirum: An in associationibus cadaverum, societates catholicae in habitu laicali cum vexillis benedictis possint praecedere Clerum cum cruce, an debeant sequi feretrum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit. *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.* Atque ita rescripsit.

Die 14 Martii 1903.

L. † S.

S. Card. GRETONI, *Praef.*

† D. PANICI, archiep. Laodicen., *Secret.*

---